



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCCX. ad annum MLXXIII.

Parisiis, 1644

Concilivm Romanvm, In Causa Giseleri Magdeburgensis episcopi secundi
celebratum anno DCCCCXXCIII. tempore Benedicti papae VII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15625

ANNO
CHRISTI
983.

CONCILIVM ROMANVM,

IN CAUSA GISELERI MAGDEBVRGENSIS
episcopi secundi celebratum anno DCCCCXXCIII.
tempore Benedicti papæ VII.

NOTA.

^a *Concilium.*] Hoc tempore habitam fuisse Romæ Synodum, in qua inter alia agitata sit causa Gifeleri Magdeburgensis episcopi, testatur Ditmarus libro 3. chron. Quod ait Gifelerum malis artibus ab imperatore eam sedem obtinuisse, fidem nullam meretur; cum Adam probatæ fidei antiquus chronographus libro 2. cap. 14. Gifelerum virum sanctum & Vvinulorum apostolum nominet. Vide Baronium anno 983.

Gifelerus
secundus
Magdebur-
genhis epi-
scopus.

CONCILIVM APVD MONTEM
SANCTÆ MARIÆ.

IN QVO A COMPROVINCIALIBVS EPISCOPIS
confirmatum est decretum Adalberonis archiepiscopi
Rhemenfis, qui monachos in Mosomensi cœno-
bio pro canonicis collocarat, habitum anno Christi
DCCCCXXCIII.

¹ *Decretum Adalberonis archiepiscopi de reformatione cœnobii
Mosomensis, & monachis in eo constitutis.*

ADALBERO diuina propitiante clementia sanctæ Rhe-
menfis ecclesiæ archiepiscopus. Notum fiat vniuersis
cum præsentibus tum etiam futuris fidelibus, quondam
nobis episcopio gratia Dei ac benignitate regia contra-
dito, sanctorum quoque loca quædam honore integro re-
perisse plurimum valentia, quædam vero pristinæ dignita-
tis statu deficiente prorsus neglecta. Inter quæ, etiam ille
Mosomi cœnobialis locus, antiquitatis studio certatim
constructus, ab exordio scilicet sanctimonialium vitæ
aptatus, postmodum vero canonicorum ordine ab Heri-
ueo prædecessore nostro melius informatus, atque in ho-
nore sanctæ Dei genitricis Mariæ digne consecratus, sed